



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-662628-p0002-4

DFG

464
1928 K 944
719

D. SALOMO CONSTANTINVS
T I T I V S

ORDINIS MEDICORVM WITEBERGENSIS

H. T.

D E C A N V S

AD

DISSEMINATIONEM IN AVGVRALEM

A. D. 13. JANVARII 1794.

H. L. Q. C.

H A B E N D A M

INVITAT.

*De virtute medicamentorum resoluentium recte
diudicanda.*

III.

D. SAFONIO: CONSTANTINUS
TITIA

OBELIS MEGIORAN MELITIENSIS

AT. H.

P E R A M A

DA

W R O C W D U N I M I L K O T N R E B Y D

W R O C W D U N I M I L K O T N R E B Y D

W R O C W D U N I M I L K O T N R E B Y D

W R O C W D U N I M I L K O T N R E B Y D

W R O C W D U N I M I L K O T N R E B Y D

Quod antecedente prolusione, per similem occasionem, re-
liquas medicamentorum resoluentium virtutes me expo-
situs, nuper promisi, id, si, quid in promouendis secretioni-
bus atque excretionibus amplius praestent, enarrauerim, in
praesens efficiam.

Non ultimum aucta per cutim transpiratio, in morbis felicit-
citer iudicandis, locum occupat. Haec enim excretio omnes
fere crises ordine naturae, vel sola perficit, vel saltem iuuat, et
feliores reddit. Sic in magna morborum rheumaticorum at-
que catarhalium a transpiratione suppressa saepe deriuandorum
familia, dolores vehementiores in sudore largiter effuso, haud
raro minuantur. In morbis acutis inflammatoriis, in ipsis fe-
bribus malignis atque neruosis, materia morbosa vel per resor-
ptionem cutaneam, vel per ipsis digestionis vias in sanguinem
commixta, tenuis, per summanum cutem sudore euacuatur. Hu-
ius euacuationis, frequentissime in morbis occurrentis, causa,
in ipsis vasorum exhalantium ostiis latet, in quibus nempe ar-
teriolarum minimarum exitus, tanquam orificia cutis patula,
desinunt. Breuissima enim haec via est, qua circulationis ope
particulae peregrinae, in sanguinem admistae, si tenues satis
fuerint, detrahi, atque mox materiae insensibiliter efficiendae,
mox, maiori quantitate, sudoris forma, protrudi possunt. Sunt
aliae, quae obstant, hanc excretionem turbantes, eamque occlu-
dentes caussae, quae modo molestiam, sanitatem affecta, affe-
runt, modo morbis perfecte iudicandis impedimenta obiiciunt.
Si refrigerium praeter consuetudinem ad corpus adspirat, vaso-
rum ostia coarctantur; si spasmi, ab internis caussis, ut in fri-



goris febrilis impetu, in diuersis insultibus neruosis, in statu
 morborum crudo, cutis vasa obstringunt, haec ipsa crassiora,
 minusque peruvia redduntur; si ipsius massae eiicienda peruer-
 sa est conditio, spissescens, nimium consistens, liberior parti-
 cularum serosarum euolutio impeditur. Istae iam caussae, quas
 exempli loco attuli, diuersis quoque, ut excretio promoue-
 tur, medicamentis opus esse, satis docent. Et tum quidem,
 quando transpiratio per ipsam materiae eliciendae indolem
 proxime impeditur, non aliis, quam resoluentibus vtendam
 est remediis. His enim pars sanguinis serosa fortius extrica-
 tur, ad cutem summatim vocatur, spasmī relaxatione ex parte
 minuantur. Praecipuum ea hic usum praestant resoluentia,
 quae praeter communem virtutem, per calidorem naturam
 suam circulationem intendunt atque augent. Cuius generis
 exemplo sunt: herbae paullo aromaticae, calidores, quae ut
 egregie resolunt, ita, absque aquae calidae adiumento, su-
 dorem leuiter excitant. Porro quaedam ex antimonio praepa-
 rata, vim diaphoreticam resoluentium comprobant. Nolu-
 mus nunc ad notissimum istud praeparatum antimoniale, quod
 ab hac virtute nomen diaphoretici sibi tributum habet, ex
 mera huius semimetalli calce constat, atque iure inertiae accu-
 fatur, prouocare. Quae enim de vi aliorum medicamentorum
 terrestrium sudorifera, per ora medicorum, quondam celebra-
 ta sunt, ea cum sanioris therapiæ regulis amplius haud con-
 spirant. Longe fortius tartarus emeticus, et vinum antimoni-
 ale agunt, quorum usum tam pristinorum, quam recentiorum
 medicorum experientia, ratum fecit. Eandem laudem sa-
 lia quaedam media merentur, praecipue ex alcali volatilis,
 aequo ac acidi acetosi, basi parata, ut spiritus Mindereri, terra
 foliata tartari, alia. Plures etiam succi vegetabilium acidi,
 immo purissimum acidum vegetabile, ope fermentationis edu-
 ctum, non vi tantum resolueri leniter potent, sed sudore
 rem

5

rem quoque saepe largiori copia eliciunt. Similis alcali volatilis, quamvis paullo vehementior, virtus est.

Quae de cutis colatorio haec tenus dixi, eadem de excretione aliina valent. Vix quidem opus esse videtur, hanc medicamentorum resoluentium in primas vias efficaciam, vberius diudicare; cum omnia fere ac singula, paullo largiori dosi propinata, hunc quasi primum, atque certissimum edant effectum. Sic omnia salia media, minori quantitate, atque repetitis vicibus sumta, quemadmodum cruditates in primis viis ad descensum praeparant, ita maiori copia aluum fortius reddere, co-gunt. Ipsa quoque emetica dosi refracta, egregia sunt resoluentia, ut de ipecacuanhae radice obseruationes recentiorum medicorum docuerunt. Hac sola virtute, quam latissime medicaminum resoluentium usus per omnem medicinam vagatur! In omnibus enim fere morbis ad primas respiciendum est vias, in quibus si iam collectae fuerint faburrae, subito, ne totam humorum massam corrumptant, expellendae sunt; si initio minus adsint, certissime mox producuntur, cum digestio atque salutaris concoctio in plerisque morbis laesa sit, immo cum ipsa medicamenta, a primarum viarum vitiis correpta, virtutem suam omnem exserere haud queant.

Haec, quae de resoluentium vi atque potestate in praecipua secretionum atque excretionum genera, hic usque proposui, ad similes corporis functiones accommodari possent, quae vero aegrotis minus salutares esse videntur. Sic horum etiam medicaminum in attenuandis humoribus, praesertim sanguine, effectus, quem nonnulli rationibus non solum explicare, sed potiora inde mala, vt haemorrhagias, aliaque sanguinis, sallum maxime usi excitata, osfusoria, deriuare contendunt, afferri posset, nisi noxiis magis, quam commodis, annumerati auxiliis, eamque ob caussam a soluentium virtute segregati deberet.

Superest, vt
Candidatum Clarissimum atque Doctissimum
CAROLVM GOTTLIEB BEYER
HALSBRÜCKA - HERMVNDVRVM

tum ob egregiam animi indolem, tum ob scientiam Medicinae
haud vulgarem, omnibus commendandum Bonis, in eruditiori-
rum oculos, praemissio ipsius vitae, cum laude gestae, curri-
culo, producamus.

*Vitam, sic nomen integrum accepi anno huius seculi LXVI. a patre
CAROLO GOTTLIEB BEYERO, et matre IOANNA SOPHIA, e
gente SIEGELIANA, et quidem pago prope Fribergam Halsbrücke di-
cto, ubi pater praedium conduxerat. Immatura mors, quae mihi sex au-
nos tantum nato, patrem ruperauit, matrem in tantam iniecit animi vi-
rium turbationem, ut curam, quam alias meae edutacioni lubenter imper-
tivis debitas, adhibere non posset. Quibus malis satis grauibus paullo
post superuenit incendium, quod aedes paternas funditus deleuit, omnem-
que supellecitem devorauit. At, quas fortuna aduersa mihi exprefserat
acerbas lacrymas et iufias, eas abſurgere staudit Patrai optime de me pro-
meriti charitas. Hac enim solūmodo commotus Patruus, scholae Tuiten-
dorſensis Ladimigistro KOCHIO, immortalis memoria mihi semper colen-
do, me instituendum tradidit, qui, praeceptor optimus, ad scholam Lich-
tenbergensem vocatus, singulari in me affectus amore, successori suo pro me
didactrum soluit, ut diutius erudiri possem. Sic præparatus ao. LXXIX
me contuli Fribergam, ut Gymnasi ibi florentis doctoris Clarissimis, M.
IÜNGERO, M. HVEBLERO, M. HECHTIO vti possem, quorum etiam
institutiones fructu haud poenitendo in utilitatem meam conuersti. Anno
LXXXVIII Pl. REU BEYERVS, oraculorum diuinorum Oberſchoenae
interpres, patruelis non satia aestimandus, qui consiliis non modo, sed
opibus etiam semper me adiuvit, auctor fuit sua forque, ut in Academiam
Vitebergensem me conferrem. Ciubus Academicis adscriptus a Magnifico
SCHMIDIO, tunc temporis Academiae Rectore, scholas adiū philoſo-
phicas SCHVLZII, nunc Professoris Helmſtadiensis, et Summi Venerabi-
lis REINHARDII, nunc Theologi in Saxonia Summi, TITII que patris,
quas*

quas apernuerat historiae naturalis, et geographiae physicae. Cum vero in artem medicam incumbendi animus mihi in primis esset, Medicorum scholae praeceps me attrahebant, quas hoc ordine frequentauit: In botanica, anatomica, physiologica, et morborum, qui viscera infestant, cognitione **Magnificum NÜRNBERGERVM**, Academiae fasces nunc tenentem; in **Pathologia, Chirurgia, Pharmacia, Chemia, Medicina legali, Encyclo-**
pedia medica, Materia medica et arte formulas conscribendi medicas, Ill. **LEONARDI**, nunc temporis Serenissimi Elektoris Saxoniae archiatrum, et confiliarium aulicorum, cuius etiam scholis examinatoris theoreticis et practicis ac disputationis per tres annos interesse mihi contigit; in **Therapia generali et speciali** arteque formulas concinnandi **Exp. BOEHMERVM**, qui quoque in disputando ad nouissimum tempus me exercuit, duces habui praestantissimos. Praeterea etiam ab **Exp. LANGGVTHIO** artem obste-
 triciam omnesque Anatomiae partes traditas audiui. Anno XCII Vitebergam cum **Dresda** commutauit, ibique precibus **Ill. LEONARDI**, thea-
 trum anatomicum et praelectiones ibi habitas ad eundem facultatem ab **Ill. DE BROITZEN**, qui a consiliis Elektoris Saxoniae bellicis intimis est, gratias impetrata, artem obste-
 triciam ab eius doctore **Dn. WEISSIO**, materiali medicam ab **Exp. TITIO**, et cadavera secundi artem a **Projectore Dn. OHLIO** accepi. Inde iterum Vitebergam reuersus, per breve adhuc tem-
 pus **Exp. TITIL**, filii, scholas in chemiam oeconomico - technicam, et physiologiam, quam examinando docebat, accedere sicuti. Tandem ante
 paucas septimanae ab Ordine Medicorum Gratiose humanissime petiti, ut
 me ad Examen pro Candidatura in Medicina admitteret, quod etiam be-
 nigne fecit.

Hos igitur Patronos et Praeceptores, in primis vero, quos habui in arte medica, omnes, ob praestantissima benivolentias et beneficiorum docu-
 menta, praeceps in eo conspicua, quod per tres annos sumitus Vaterianis in comitatu Elektorali benevoli me aluerunt, omni semper obseruantiae et pietatis cultu venerabat, atque optimam iis et constantiam sanitatem,
 ut per longissimum adhuc annorum spatium, utilissimam reipublicae littera-
 riae operam nauare possint, nunquam non appreco. Quid vero aequius
 est, quam ut animus beneficiorum recordatione commotus in memoriam re-
 uocet Senatum Fribergensem Amplissimum, qui stipendio Kloppeliano,
 quod bis mihi distribuivit, pro sua eximia liberalitate, huius Ordini quos in-
 nata, meanu subleuauit inopiam. Patrueli etiam maxime Reuerendo, Pa-
 flori

istori Oberschoenae meritissimo, qui omnis perpetuo intendit vires, ut saluti meae prospiceret, omnium exibeo gratissimum, eamque per omnem vitam immutatum me seruaturum esse polliceor.

Qualis vero sors fuisset mea futura, certe miserrima, nisi Tu, charissime frater, quas Tibi fortuna obtulit opes, mecum communicasses, et auxilio Tuō finem studiorum meorum liberalissime coronasses. Notior iam Tibi est a primis incunabulis animus meus, quam ut illam Tibi verbis laudentius declarare possem. Accipe, quod modeste precor, hoc exiguum animi gratissimi monumentum, et fruere praemius, quat liberalitas Tibi peperit, uberrimis.

Talem apud nos exegit studiorum academicorum cursum, Dignissimus Candidatus, qui in eo iam est, postquam in examine consueto, egregios in arte salutari profectus, Ordini nostro, amplissime probauit, ut dissertatione inaugurali: *De panis materia multifaria*, *Collectio posterior*, Praefide Magnifico, Experientissimo, Excellentissimo, D. GEORGIO RUDOLPHO BOEHMERO, Therapiae Professore Publ. Ordin. Facultatis Medicæ, et totius Academiae Seniore, etc. Collega Coniunctissimo, Fautore pie colendo, a. d. XIII. Ianuarii defendenda, publicum doctrinae suae singularis specimen edat. Cui ut fauere, atque frequentes interesse velint, **RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES, PARENTES CONSCRIPTI, BONARVM LITTERARVM FAUTORES, CIVES ACADEMIAE GENEROSI ATQUE PRAENOBILISSIMI**, ea, qua decet, humanitate atque obseruantia rogamus.

P. P. Dom. I. p. Festum Epiphanius 1794.

WITEBERGAE
LITTERIS CAROLI CHRIST. DÜRRII.

Wittenberg, Diss., Ergbd. 7, 1792-96
vol 18

ULB Halle
004 335 651

3



f

86.

W
17



1928 K 944

464
79

D. SALOMO CONSTANTINVS
T I T I V S

ORDINIS MEDICORVM WITEBERGENSIS

H. T.

D E C A N V S

A D

D I S S E R T A T I O N E M I N A V G V R A L E M

A. D. 13. IANVARII 1794.

H. L. Q. C.

H A B E N D A M

I N V I T A T.

*De virtute medicamentorum resoluentium reſte
diudicanda.*

III.